

hoc ipsum quidem, quod deest sanitas, nouimus. Ac enim si forte in corpore parū aliquid morbi pullauerit, statim & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obseruantia, que competunt gerimus, nec prius cessatur, quam quæ molesta sunt, mitigentur. Anima verò cum quoridie vulnere tur, cum per singula lanietur, vratur, præceptetur, & modis omnibus pereat, nec parua quidem nos pro ea cura sollicitat.

Sed huius causa est, quod omnes pariter morbus obtinuit, & tanquam si accidat praesto sub vno morbo languētibus, praesto esse neminem sanum, certum est, quod omnes pariter corrūpat, & assumat incuria, dum nemo est, qui vel opportuna præbeat, vel importuna, prohibeat. Ita & in nobis, dum nemo sanus est, dum omnes languem⁹, alii maiore, alii minore ex parte, nemo est, qui curet, omnes enim indigent cura. Etenim si quis extrinsecus vndeū que adesse, ac præceptorum Christi, & nostræ conuersationis confusionem, ac perturbationem videret, nescio si alios magis villos quam nos in nicos esse, & contrarios præceptorum Christi iudicaret. Et quasi qui itudum quoddam habuerimus contrarium in omnibus gerere, quam ille mandauit. Hæc ille. Videamus dilectissimi si non ita est, ex eis, que his diebus iuctui propter miseria, & culpæ, & pene, quas ex primorum parentum peccato incidimus, deputauit, in obsecra gaudia omnes turpissime resoluimur, & quasi frenetici omni pudore postposito, etiam bestis, & demonibus habitu, & peius moribus conformamur. Obluiscitur modo monialis, professionis velū, monachus cappā, clericus coronam, vir sexum, femina faciæ, virgo verecundiam. Et vtinam his diebus confuso hæc finem haberet, & non turpius in sacrificiosum quadragesimæ tempus sicut afolet, continuaretur. Audiamus & dulcissimum spiritus sancti organum beatum Bern. Abbatem, quid de statu nostro lamentetur. Nam in sermone de

conuersione beati Pauli ita inquit. Videbatur iam cessasse persecutionis tempus, sed vt palam factum est, nunquam deest plecutio christiano, sed nec Christo. Et nunc quod grauius est, Christi persequuntur, qui ab eo christiani dicuntur. Amici tui Deus, & proximi aduersum te appropinquauerunt, & stete runt. Coniurasse videtur contra te viuieritas populi christiani, a minimo vsque ad maximum, a planta pedis vsque ad verticem non est sanitas in eo villa. Si hæc sancti viri lamentabantur temporibus suis, dum adhuc argentea erat hominum cōuersatio, ne dicam au rea respectu ferreæ nostræ ætatis. Quid dicerent, quantum flerent, si nostras abusiones peruersissimas præuidissent?

Ecce puto iam non auribus audistis tantum, nec tantum oculis videtis, sed etiam manibus palpatis, quam pauci, & propè nulli nostris temporibus in via arcta ad vitam, quam Christus mōstrauit exemplo, prædicauit verbo, ambulat. Et quāti, immo penè omnes in via lata ad perditionem, quam diabolus suggestit, & mundus, caroq; propria allieit, nedum ambulat, sed impetue conantur. Si ad idem declarandum ad huc figuris requiris, arcam Noe in vndis diluuii, quæ huius ecclesie figuram tenet, attende. Hæc (vt Gregorius in Homilia tricesima octaua super Euangelia. Et decima sexta a super Ezechielem, ait) inferius vbi quadrupedia, & bestias continebat ampla, superius vbi homines, angusta fuit. Longitudo siquidem trecentorum cubitorum, & latitudo, 60. cubitorum, & altitudo, 30. cubitorum, ad vnum cubitum consummata. Si ecclesia in carnalibus, & bestialibus, quos in se tolerat, ampla est, sinum laxat, sed vbi spirituales continet, ibi propter eorum paucitatem angustatur. Tantò vtique magis, quantò spirituales, quia quantò sanctiores quique sunt, tantò pauciores, ita vt tandem ad vnum cubitum colligitur. i. Christum dominum, qui solus homo in hominibus sine alterius comparatione natus

Per figuram
tantum, nec tantum oculis videtis, sed etiam manibus palpatis, quam pauci, & propè nulli nostris temporibus in ritas Te via arcta ad vitam, quam Christus mōstrauit exemplo, prædicauit verbo, am multi sint vocari, &c.

Cur cor poris maiorē curam, quā animę habeamus